

*et divina voluntate, non indestructibilem modo, sed immortalem quoque. Quid enim attinasset et simplicem illam creare, nisi essentia litter intelligenter, ac viventem, et aeterni cupidam, atque semper nimirum spectantem, ubi tota ejus existentia non brevi solu*m* unius saeculi ambitu*m*, sed plerumque unius mensis, ac nonnumquam etiam unius diei continetur? Artifices inter homines machinarum naturam, quas construunt, et item tempore aptare solent, cui destinant. Ita ex iis intelligere facile possumus, perpetuo ut essent, voluerint auctoressu*m*, ammenstua*m*, annua*m*, saeculares. Nemo ignorat, aeternitatem Regniorum pyramides suas aedificare voluisse, qui tantas moles mobilibus accumularunt. Cur non idem ego ex Det' operibus conjiciam? Praesertim cui nec efficiunt scientia, nec potentia desit, cuicunque subjectae non, ut homini, resistunt, sed parent. — Accedit quod quaedam humanae mentis aut facultates, aut propensiones sunt, quae supter natura in infinitum tempus feruntur, qualis intelligentia, voluntatis, providentia, quae in iis animantibus, quorum tota vita hic absolvitur, nullum est vestigium. Hinc futurae providentiae in homine, quae nulla in brutis. Serit arbores, quae alteri saeculo prostrit. Quod autem causae esse dicimus, quod ex omnibus animantibus solus homo currit, ac providentiam suam ultra vitam porrigit longissime? Haec me monere videntur, me ad aeternitatem generari, cui ego sel' imprudens studio, et ad quam natura ipsa rapior.*

DEUS NEC ABSOLUTA POTESTIA ANIMAM EXISTENTIA, AUT VITA SPOLIAT.

CCLXIII. Deus nec ut supremus naturae auctor ea qua potest leges naturae immutandi animam humanam unquam existentia, aut vita spoliare potest. Quod Deus necessario vult, ejus oppositum nec ut supremus naturae auctor unquam efficiere potest, neque enim ut talis perfectionis suis adversus quidquam agere potest; sed Deus necessario vult animae humanae existentiam, et vitam perpetuo conservare (*q. praecl.*) ergo hujus opus omnium unquam efficiere potest, id est, nec ut supremus naturae auctor animam humanam existentia, aut vita unquam spoliare potest.

Schol. 1. Sed plurimi contra nituntur, sunt Tullii verba, *animos* que quasi capite damnatos morte multant (*Qg. tusc. l. 1. c. 22. Ib. c. 9.*) Et: Sunt enim, qui discessum animi a corpore putent esse mortem. Sunt qui nullum censeant fieri discessum sed una animum, et corpus occidere, animumque in corpore extingui. Qui discedere animum censem, ali' statim dissipari, ali' diu permanere, ali' semper. Huc imprimis ex antiquis pertinet Diogenes, Aristoxenus, Epictorius cum suo grege, quorum futilia argumenta Lucretius (*De nat. rer. l. 3.*) collegit: Plinius (*Hist. nat. l. 7. c. 55.*), cuius hoc erat enunciatum: *Deus nec potest mortales aeternitate donare, aut revocare defunctos*; et complures alii, qui in constituta animi natura turpis-

sime aberrarunt, ut alias diximus. Id tamen probe notari velim non omnes veterum, qui animam in entium compositorum numero posuerunt, hoc ipso immortalitatem sustulisse, etsi istud necessarium illius consecutarum sit; nec mirum; raro enim illi, quod jam saepe monui, principi sui concentanea protulerunt. His accedunt materialistae recentiores, Hobbesius, Tolandus, Voltairius, Philosophus. De Sans souci, aliquique, quos singulatim enumerare taedet. Praeterero illos, qui vel cum Pomponatio, Perrato, Bayle, Jurievio Roterdamensi philosophiae theologiae, ac rationem revelationi opponentes, animam philosophice mortalem, theologie immortalitatem esse docuerunt; vel cum Lockio, Clerico Mejerio immortalitatem animas aut ratione naturali demonstrari non posse, aut gratuitum duxat exesse contendunt, nec non Henricum Dodwellum, cuius anima, natura sua mortalitatis, virtute Baptismi immortalitatem consequuta est. Sed jam absurdas horum argumentationes audiamus: adjunt.

1.) Non obstantibus animas proprietatibus potest ipsam Deus ut auctor naturae annihilare: eae quippe non exigunt creationem animae: igitur nec conservationem perpetuam.

SOLVENTUR OBJECTIONES.

2.) Proprietates animae ante creationem sunt mere possibles, quod autem tale est, nulla ratione a Deo sui productionem exigere potest; contra proprietates animae existentes sunt actu aliiquid, sicutque a Deo ut auctor naturae, ipsi inditae; unde otiosae, ac frustaneae esse nequeunt (*§. 242.*). Tametsi igitur Deus animam, corpore rite organizata, naturaliter procreat, nequit tamen eam, corpore destruci, naturaliter annihilare; cum enim proprietates jam existunt, cum ratione in ipsa Dei perfectione fundata postulant, ut conserventur. Est praeterea organizatio corporis conditio quadam, quia a Deo naturae auctore pro legi universalis creationis animae assunta est (*§. 166., cosm. §. 93. schol. 1.*), quaeque vel ideo aliquo modo a Deo hanc procreationem exigit; quod autem Deus secundum generales leges pro hoc rerum ordine constitutas operatur, id ut auctor naturae operari dicendum est. At vero destructione corporis non est id genus conditio, quae animas annihilationem a Deo postuleat: neque enim illa in se est conexio inter destructionem corporis, et annihilationem animas; neque Deus vi suarum perfectionum, aut spectatis animae proprietatibus hanc conditionem statuere poterat; quare nequit Deus ut auctor naturae animam destruci corpore annihilare.

2.) Capacitas, et naturale beatitatis desiderium ad summum exigit, ut anima aliquo post mortem tempore conservetur, ac minime proprie*t*a necesse est, ut aeternum dure*t*. Igitur idem de aliis ejus proprietatibus sentiendum. Accedit, quod, ut Mejerus (*Gedanken vom dem Zustande der Seelen nach dem Tode*, §. Absch. §. 41.) arguit, illa cupiditas beatitudinis vel non sit naturalis, vel si sit,

non tamen necessario impleri debet, quemadmodum aliae id genos cupiditates naturales, puto honorum, divitiarum, raro aut namquam expletur. Denique, addunt alii, aeternitatem beatitudinis ratione naturali cognosci non posse; quidquid haec in parte novimus, revelationis lumen deberi.

R. Nos non quamcumque, sed perfectam beatitudinem naturaliter desideramus: haec autem perpetuitatem naturam sua includit (§. 252.). Qui porro dubitat hanc cupiditatem naturalem esse, si similiter de amore parentum in filios dubitare debet. Certe praejudicium aliquod, ut Mejerus contendit, esse non potest; quis enim unquam vidit praejudicium toti generi humano commune, constans, per omnium saeculorum astates confirmatum; quis unquam fuit hominum doctorum, rudium, divitium, pauperum, juvenum, senum, qui beatus esse non desideraverit? novimus multos in definiendo beatitudinis objecto inter se discrepasse, in ea appetenda neminem novimus. Est itaque cupiditas illa beatitudinis, quam ex congenita propensione in nobis sentimus, a Deo naturae auctore profecta, atque ideo otiosa esse nequit; secus enim Deus nos perpetuo non falleret modo, sed et crudelissime cruciata torqueret (§. 250.), ac ipsa bruta, quae appetitiones suas in hoc mundo plane satiant, hominibus feliciora forent. Aliae cupiditates non a natura induuntur, sed ex ipsis naturali summi boni desiderio, velut ex radice proficiunt, quia nepte, donec ad ejus possessionem admittantur, inquieti in illud inquirimus; hinc sit, ut ad quamcumque boni speciem forte oblatam inclinemur, putantes, beatitudinem studiosae quaesitam ibi latere posse. Sed Divinae Providentiae opus est, ut id genus desideria non implentur; appetunt enim bona, vana, caduca, quorum acquisitione facilissime vera felicitatis desiderium aut debilitateetur, aut prorsus extingueretur. Adi. Gassendum (*Psyc. s. 3. mem. Or. 2. l. 14. c. 2.*): *Anotanda est disparitas, metiriique convenit rem ex eo, quod natura instituit. Sunt enim quadam cupiditates generalissimae, quas natura non inserit, sed cogitatio solum praesumptae utilitatis, aut voluntatis. Tale est volandi desiderium; quis enim nolit celerrime in desideratum locum pervenire? Quia non sunt tamen nobis aleae ad hoc a natura concessae, idcirco taliter cupiditatem, quam natura non indidit, non tenetur natura expiere. Sunt vero, et aliae, quas non praesumpta cogitatio, sed ipsa natura ab exercitu creat; ex quo media etiam idonea ad assecutionem, fruitionemque largitur. Eiusmodi est sanitatis, ac indolentiae appetitus, quem ipsa natura, ut ingenerat, ita quantum in se, et nisi quid sponte, vel casu occurrat, a quo deturbetur, exsuffiat. Prioris porro generis sunt objectae appetitiones; posterioris vero est immortalis animi status.*

Ad ultimum ajo: quemadmodum etiam naturali solum ratione scimus Deum existere, esse summum, ac infinitum bonum; ita eadem ducem a nobis cognosci, et amari posse novimus, idque ipsum eodem

lumine adjuti summan, ac perfectam nostram beatitudinem constitue judicamus, quam proinde naturaliter appetere possumus; omne enim bonum eo, quo cognoscitur, modo appetitur. Accedit quod ex sola ratione naturali demonstremus, nos ad cognitionem, et amorem Dei, tamquam finem nostrum ultimum, et nobilissimam divinorum attributorum patefactionem conditos esse. Etsi igitur nulla esset revelatio, sciremus tamen non alicius perfectae beatitatis, quam ipso Tullius aeternam esse dehere agnovit (§. 252. sch.), capaces esse, licet non adeo excellentis, ad ea sit, quam Deus ex gratitate, et liberalissima beneficentia in hac providentia se nobis collaturam spondit. Duplex nimurum est beatitudo: naturalis una, altera supernaturalis: illa consistit in cognitione Deli abstractiva, suo tamen in genere clara, et perfecta, atque orto inde ejus amore: haec in visione Dei intuitiva, amoreque, et gaudio inde enascente: illa hac longe imperfectior est, sed nihil minus appetitum naturalem plene exsatit; illa naturalibus animas viribus, et cognoscit, et desiderari, et obtineri potest: haec cum supernaturalis sit, ac a solo beneficio Deli ut supernaturalis gratiae auctoris proficiatur, solum per revelationem nobis innoscere, nec obtineri nisi adivinata grata divina supernaturalis potest; illa homini in statu purae naturae constituto congruit; haec nobis ad statum supernaturalem elevatis a Deo benignissime-promissa est. Vi. de P. Schwarz (*Inst. iur. publ. univ. nat. et gent. p. 1. t. 1. §. 2.*). Universi notent ii, qui in rebus omnibus ad revelationem confidunt, eas veritates, ad quarum demonstrationem nulla nisi sola ratione naturali nota, principia applicantur, vera ejusdem rationis objecta esse: quare cum a me nullum aliud principium adhibitum fuerit, dubitari nequit, aeternitatem beatitudinis naturalis, ipsamque adeo animae humanae immortalitatem in objectis purae rationis naturali locum habere, ac proinde, abstractando a revelatione, cognosci a nobis posse. Neque vero obest, philosophos veteres revelationes destitutos tum hoc in re, tum in aliis consimilibus in turpissimos errores prolapsos fuisse; nam si omnia, in quibus illi errarunt, solius revelationis objecta forent, neque existentiam unius Dei, neque creationem mundi ex nihil, neque simplicitatem animae nostrae solo rationis lumine cognoscere possemus, quod Prorsus a vero ahorret. Ex eo itaque, quod recentiores philosophi revelationes illustrati nec tam saepe, nec tam turpiter hallucinentur, colligunt duntaxat revelationem ad meliorem rationis usum, ac ad detegendos in ratioinibus errores plurimum conferre, non vero veritates illas ex natura sua vim rationis exsuperare. Sed de hoc in Theologia plura dicam; ceterum qui se tam acres revelationis defensores profundent, non semper sincere agent; depresso nimurum ratione extollunt revelationem, ut ei gravios deinde vulnus infligant, quod quidem in Baylio imprimit patuit; norunt nempe labefactata ratione, ad quam pertinet motiva credibilitatis expendere, ipsam quoque revelationem convelli; quare sapientis-

sime S. P. Leo X. in concilio Laterensi quinto omnibus philosophiae professoribus imperavit, ut omni studio, et conatu naturali animi immortalitatem argumentum ex ratione naturali petitis constabiliter nitantur (conf. §. 72. sch.).

3.) Ut animas brutorum, ita nec animam hominis videtur habere finem existendi extra corpus; ut enim illae, ita et haec ad corpus informandum, et constitendum unum principium actionum duntaxat ordinatur. Quod autem anima humana a corpore separata tamen cogitare possit, id non videtur ratio sufficiens ipsi constitundi finem aeternam; fortassis enim brutorum quoque animae extra corpus cogitari possunt, tamen dixerit, illis similem finem praefixum esse.

R. Informatio corporis potest quidem dicti finis animae humanae proximus, et inadaequatus, non autem *totalis*, et *ultimus*; proprietates siquidem illi inditae manifeste ostendunt finem longe nobiliorum, cognitionem nimiriun, et amorem summum boni, in quo perfecta beatitas naturaliter desiderata sita est, praestituum esse. Hunc porro finem non duntaxat colligimus ex ipsius extra corpus cogitandi facultate sola, et late accepta, sed determinante ex talibus cogitandi facultatibus, qua illa tales operationes efficiere possit, quibus Deum modo substantias rationali competentes, cognoscendo nimicrum summum verum, et amando infinitum bonum, possidere queat, tum ex aliis quoque proprietatisbus, quasi ipsi inesse, certo novimus. Atque inde immensus patet inter animam hominis et animam belluae disserim; haec enim, tametsi fortasse extra corpus cogitare posset, numquam tamen ejusmodi operations perficeret; caret quippe facultate cognoscendi superiore, sine qua idee distinctiae, et abstractae Dei, virtutum, felicitatis etc. conferri nequent, caret libertate, sine qua nullus actus moraliter bonus, aut malus, nulla capacitas proemi, aut poenae habetur; caret denique alii proprietatisbus, quia sine perpetua conservatione iniiles, ac frustraneae foret; quare nullo pacto ad sublimem adeo finem ordinari potuit. Sed de hoc infra; nunc ista obiectientibus haec ex Tullio dicitur (L. senect. c. 21.); tu cum tibi Deus dederit animum, quo nihil est praestans, nihil diveniens; sic te ipsum abicies, atque prosternas, ut nihil inter te, atque quadrupedem aliquem putas interesse?

4.) Omne quod oritur, ajunt, aliquando pereat, necesse est; oriri vero animam quis dubitet? Tum, animam cum corpore nascitur: igitur et eum corpore peribit. Deinde anima aegritudinibus sibi soli propriis vexatur, prout corpus suis affectur morbis; atque ex morbis rite arguitur corpus natura sua mortale esse: ergo et ex aegritudinibus animas idem colligetur. Denique, si alia vita supercesset, non modo non timeremus mortem, sed lactaremur multo magis, utpote ab hinc misericordi liberari. Haec ei similia Lucretius olim accumulavit, ac recentius De Sans-souci, ceteraque hujus saeculi minuti philosophi recocerunt.

R. Ad imum. Quod per generationem oritur ac proinde compo-

tum est (*Lettre au Marechal Keith*), rursus naturaliter interiore potest, vires enim creatae partium dissolutionem efficiere possunt: non verò quod, cuius simplex sit, qualis est anima nostra, per solam creationem ortum obtinet; istud quippe, cum interit, annihilatur a vi, quae in universa natura non continetur.

Ad zidum. Non alio sensu anima cum corpore nascitur; quam quod tum creator, atque eis corpore conjugatur, quando heus organa ad functiones vitales oboeundas satia apta sunt. Inde autem minime sequitur animam rursus cum corpore perituram: haec enim uno non in animae natura fundatur, sed externa est, et a sola Dei voluntate pendet: quare rideri meretur Pomponiatus, cum ait, animam a corpore separatum in statu violento fore, in quo diu persistere nequeat.

Ad stium. Morbi corporis tendunt ad dissolutionem partium, ut perspicuum est: cum igitur partibus dissolutis corpus intereat, recte ex morbis corruptibilis, et interitus corporis arguitur. Contra aegritudines animae nequeunt illi interitum adferre, non enim vim annihilant continent; sed illius dunraxat contingentiam, mutabilitatem, ac indigentiam conservations divinae palam faciunt. Nec quidquam promovent, cum ajunt animam contrariorum capacem esse, ac proinde properi contrarium, ut veteres loqui solebant, deficerit posse; quis enim non intelligit, animam non esse sibi contrariorum capacem, quasi nimis aliiquid, in se admittat, quod cum natura illius pugnet, aut ipsi interitum accersat, sed soluere capaceat esse actum eliciendorum, qui inter se contraria sunt.

Ad atom. Horror mortis, quo omnes fere anguntur, non oritur ex incertitudine vitae futurae quoad substantiam, verum ex incertitudine illius quoad conditionem. Nimirus non ideo timemus mortem, quod aliam vitam non superesse putamus, sed quod ignoramus, quae nos sors maneat, utrum condito illius vitas felix, an infelix, nobis futura sit. Certe si omnibus Tullianum (Qq. tiso. L. 1. c. 19.) illud persuasus foret: *beati erimus, cum corporibus relictis, et cupiditatibus, et aemulationum erimus expertes*: mortis ille motus procul abhesset; quod quidem in prioribus saepius evenisse novimus, qui vitae heus terminum non modo fortiter exceptarunt, sed etiam tamquam melioris initium ardentissime exoptarunt. Adeo igitur moris timor contra animi immortalitatem non pugnat, ut eam potius quam maxime stabillat; unde enim, quase, est, ut quo quis magis est improbus, eo magis hoc metu angatur? unde, ut multi, imminente morte, errores suos praeteritos retrahent, utque sanam doctrinam, quam anillis instar fabulae tota vita explorant, in animus admittant denique et ore proficieant? Qualis olim fuit Theodorus atheistus (§. 10. log.), et nuper Desbarreaux, l'Abbadie, Deslandes, ut videre est apud Anti-sans-souci (pag. 78, 79. Sc.), adeo ut nemo umquam, cum animam ageret, poenitentia ductus fuerit, se immortalitatem animo tribuisse, viatae rationem eam ad opinionem conformatasse?

5.) Consensionem universalē contendunt, aut nullam fuisse, quod et antiquitus multi cum Epicureis, et Stoicis concurrerint, et recentius in America integri populi inventi sint, qui omnis alterius vitae ignoratione tenebantur; aut siquies fuerit, ex Poetarum solum fabulis originem duxisse, quae licet a vulgo probarentur, a sapientioribus tamen risae fuerunt, ut Cicero innuit (Qq. tusc. l. 1. c. 5.). Addit Lucas Brugensis Lovaniensis theologus veteribus Hebreis prorsus ignotam fuisse hanc de immortalitate doctrinam (Commen. in Matth. c. 3. v. 7.)

R.) Consensionem omnium nationum et extare, et ex naturali animi comparatione proficiet supra demonstratur fuisse opinio; paucos, qui contra nituntur, non moratur: neque enim paucorum, et naturae depravatae autoritas, auctoritatem naturae incorruptae omnium saeculorum diuturnitatem confirmatorem elevat, cum praesertim hi ipsi actiones suas, vitaque rationem, dum posteritati student, famae consulunt, mortis timore anguntur, ad communem opinionem conforment: *Nec quenquam, scriptis de Epicuro Tullius (De nat. D. I. l. c. 29.), videlicet qui magis ea, quae timenda esse negare, timeret, mortem dico, et Deos. Ignorantia quondam in America populorum nullo teste idoneo nititur, quin ex probatas fidei scriptoribus contrarium vincitur: quod si tamen id de una, vel altera natione cum veritate affirmari posset, sequeatur solum hominibus bellum, more viventes et corporeis voluptatibus penitus immerso ita a natura sua recedere, ut posita omni futurorum sollicitudine, veritates maxime patentes non videant. Porro veterum consensionem ex poetarum fabulis ortam esse adeo verisimile non est, ut potius haec commenta firmissimum praebeant sensu communi testimonium; quis enim ignorat poetis in more positum fuisse, veritates aliquoquin cognitis variis figuris, ac schematis involutas populo proponere? Certe veritatem astutis id genus portentis et absconditam, et depravatum a poetis fuisse jam olim Plato (De Reg. 4. 3.) conquerus est, illosque propterea ex sua republica exsulare voluit. Cicerio quoque laudato loco non ipsam de animorum perpetuitate, opinionem, utpote quam toto libro gravissimis argumentis constabilavit, sed adjecta poetarum fragmenta risit, riderique a sapientibus testatum est (Qq. tusc. l. 2. c. 16.). Sed ut Deos, inquit ille, esse natura opinamus, qualesque sint, ratione cognoscimus; sic permanere animos arbitramur consensu nationum omnium: qua in sedū maneat, qualesque sint, ratione discendum est. Cujus ignoratio finxit inferos, easque formidines, quas tu cogentem non sine causa videbare. Sed tamen hic dissimilandum non est, nonnullos ex antiquis, etiam Christianis philosophis animam mortalem esse aperillissimis verbis pronunciasi: quid vero inde? num propterea veritas pericitatur; minime. Illi animam ab animo discriminarunt ajentes, illam materiale, ac corruptibile hujus, qui spiritus, ac immortalis sit, vehiculum esse (vid. §. 141. sch. 3.). Quod denique ad vetustissi-*

mos Hebreos (Deut. l. 12. v. 11.) attinet, illo futurom animoquum immortalium statum non ignorasse, praeterea multa alia argumentum est: tum lex a Moysi (Gen. c. 25. v. 8.) lata de non consulendis mortuis: tum quod Abrahams vita funetus, aliisque Patriarchas ad populum suum congregati fuisse dicantur. Et nomine ex illis Domini verbis, ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob (Matth. c. 22. v. 32.): ipse Servator noster constituit: Non est Deus mortuorum, sed viventium? His itaque expensis patet turpissimi mendaciōrum esse auctorem infamis scripti Pottstamilii in lucem dati (*Discours sur la vie heureuse p. 34. suiv.*), cum audacissime pronunciatus, de animorum cum corpore interitu olim certam, et omnium antiquorum philosophorum consensione confirmatam sententiam fuisse; Pherecydem Syrum primum Tullio teste animos hominum semper timores dixisse. At tametsi istud Tullius (Qq. tusc. l. 4. c. 16.) scriperit, non tamen asserrere voluit Pherecydem primοn hujus sententiae auctorem extitisse; quomodo enim alias universali Chaldaeorum, Persarum, Egyptianorum, qui longo ante hoc tempore floruerunt, consensione pro animorum immortalitate pugnare potuisse? ne itaque Tullius pugnania tradidisse videatur, dicendum est, Pherecydem primum futurum animoquum statum suis, ac praecipue Pythagorae, quem aliquo tempore institerat, magis dilucide exposuisse, id quod cum toto orationis contextu, ac imprimis cum antecedentibus optime congruit.

6.) Negant cum Mejero (*Gedanken von dem Zustande der Seele etc. etc. Absch. §. 15.*) opinionem de animorum immortalitate ad conservandam hominum societatem necessariam esse; putant enim illos quoque, qui eidem non assentuntur, motivis non destituti, quibus ad virtutem exercendam, et vita fugienda impellantur: addunt: id exempli Epicuri, Spinozae, ac Hobbesi potuisse, in quorum externa vita ratione nihil erat, quod reprehendi magnopere poterat; quod si, quae flagitosiores forent, eos publicis poenis facile coercerent. Multis ad ipsum Baylius (*Pens. div. su la com. §. 172. suiv.*) urget, cum rempublicam Athorum constituit, de quo alias dicam: quod haec pertinet, illud est, quod contendat studium illud famae apud posterios conservandae nequaquam ex naturalis immortalitatis sensu proficiat.

R.) Sublata animorum immortalitate virtus in vitium, et hoc in illam degenerat (§. 148. sch. n. 2.) quae igitur motiva ad honestatem impellienda restare poterint? Quid deinde poena temporariae efficient, ut ne clam scirella perpetrentur, atque occule laedantur? Qui nec publica flagitia satis impediti possent; non enim unius, aut alterius, sed integræ societates sceleribus immergerentur: quo casu subjectorum erga principes observantia, principia cura, ac studium bonum commune procurandi necessario perfici; quis igitur vindex? quis iudex? quis lictor? ad experientiam frustra provocari: etenim ii, qui tales fuisse dicuntur, non tamen ex animo, quam similate boni civis partes explaverunt, larvante paul-

lo post posuerunt, aut possident certe nisi alii metuissent: nec mirum; praeter bellinas enim cupiditatem nequit aliud esse motivum ad secessionem a communis sensu faciendam. At in Episcopio, Spinoza, Hobbesio nihil reprehendi potuit: dabo; cum unus tantum, vel alter haec peste infectus est; apparentia quaedam honestatis motiva non deerunt, puta: ut se ad aliorum mores conformet; ut ne ex aliorum societate ignominiose ejiciatur, quod Rousseau contigit; ut ne a splendidis in republica munis arcetatur; quae consecutio necessariae forent persistentibus in plurimorum mente rectis, ac sanis virtutum, vitiisque ideis. Verum si pestis latine serperet, si in plures nationes diffundiretur, continuo hominum de honestate, ac inhonestitate iudicia perverterentur, essarentque simul motiva omnia, que ad virtutem pellicere possent. Quid, quod ejusmodi sectarum principes, quales Episcopius, Spinoza, Hobbesius fuerunt, specialibus rationibus ad simulandam extrinsecus morum honestatem existentur? et nimirum novae doctrinae foeditas saniorū oculos nimis perstringat: unde feret, ut sequacium loco quoq; copiosos esse desiderant, acierios hostium impetus undique experientur. Quare doctrinae cuiusdam consequentia non tam in capitib; quam in sectatorum moribus discienda sunt: atque ita, quam in Episcopio veteres externam morum integratam laudarunt, ea nequaquam in illis, qui deinceps eisdem errores professi sunt, eluxit. Quod si deinde cura famae in posteris conservandas non ex desiderio naturali, insitque parentis vita opinione proveniat, unde est, quod turpi aedo errori illi magis, qui ceteris sapientia excellebunt, nullo tempore adhaeserint? omnibus igit praeceptorum saeculorum sapientibus acutius videt Baylius. Quid est, quod nulla nos sollicitudo teneat aliorum, quos ad nos pertinere non arbitramur, famam in futurum tempus propagandi? Quid quid id genus studii non vestigium quidem in hellis reprehenditur?

7. **Virtus**, inquit, ipsa sibi praemium; vitium poena est; illa quippe tranquillitatem, internumque animi gaudium; hoc cruciatus, et angores adferit. Deinde ostendit negiri virtuti praemium aeternum, aut virti aeternam poenam deberi: quare satis est, si anima aliquo post mortem tempore perduret, quo praemio, aut poena competente affici possit, nec necesse est, ut aeternum vivat.

R. ad inum. Quidquid nunc in virtutis exercitatione dulce, ac jucundum, aut contra in flagitiosa actione amarum est, id totum a spe, vel timore immortalitatis animae naturaliter indito pendet; spes nimirum praemiorum, aut poenarum timor, quae a supremo vindice expectanda esse ratio ostendit, hos in animis affectus producit; si has vel spem, vel metum tollas, tantum aberis; ut virtus sibi aliquod praemium sit, ut potius ipsa in vitium degeneratura sit. Deinde si vitium sibi ipsi congrua poena sit, justene in republica humana facinorosi puniuntur: an non potius sibi ipsis relinquenti sunt ut flagitia accumulando sibi poenas accumulent? quae

autem tum reipublicae facies, quae Solone teste nisi praemii, et poenis non continetur? Et nonne experientia docet, quo quis est flagitiosus, eo minus internis animi stimulis angit?

Ad 2dum. Tametsi fortasse non adeo prouum sit ostendere, quae inter temporarium virtutis ac vitiis actum, et praemiorum, ac poenarum aeternitatem proportio oblinuat; satis famen pro hoc loco est aeternitatem ium ex essentia, ac natura praemii, tum ex divisionis perfectionibus clare deduci. Imprimis enim praemium virtutis aliud certe esse nequit, quam finis ipse, cuius possessione anima perfecte beata efficiatur: sicut igitur perfectas beatitas in aeternitatim includit (§. 252.); ita quoque ad essentiam veri praemii pertinet. Fingis animad cognitionem, et amorem Dei admissam ignorare famen, utrum hoc praemium aeternam duraturum sit; putasse eam beatam futuram? Tanto certe maiore sollicitudine, ac metu cruciatus, quo maius fuerit bonus, quod possidere incepit. Deinde praemium istud, cum a Deo infinite bono, sapientie, et provido conserendum sit, comparete quoque ad has perfectiones spectari debet. Jam vero animam praemio, cuius possessione beatita sit, jam fruenter rursus eodem privare ipsamque longe, quam ante fuerit, infelicitatem reddere pugnat: omnino cum bonitate Dei. Sapientia enim eius, et providentia postulant media validissima, quibus homines ad virtutum exercitium, virtutumque fugam, salva libertate, impellantur, qualia non sunt nisi praemia, aut poenae eternae (§§. 254. 5. 6.). Media nempe efficacissima practice, ac moraliter sufficere debent omnibus spectata, naturae humanae imbecillitate, ac propensione in malum. Tale medium non foret longeva felicitas, et miseria, seu cruciatus; nam nunc quoque homines, qui ex Revelatione Divina aeternas fore poenas credunt, a gravissimis farni sceleribus non absterrentur, non bona, aut mala fama ad posteros propaganda; quid enim inde incommodi redundaret in animam non amplius existentem? quid poenae referent sceleris occulta? et nonne qui sceleribus jam assuerunt, aeo in famam non timunt, ut etiam de turpisissimis factis publice glorientur? non acerbissimum dolor, aut ingens gaudium, ipsorum mortis momento percipiendum; quod enim momento transit, facile contemnitur; non denique ipsa virtutis honestas, aut vitiis turpitudin; cum enim virtutis exercitium per quam arduum sit, magnaque ad vitia propensio, illicia vehementissima, quibus voluptates presentes homines ad sceleris invitant; necesse omnino est ad provide gubernandum genus humanum, ut sicut in omni republica bene ordinata, ita et in hac, cuius caput ipse est naturae Auctor, praemia, et poenae constituantur, quae spectalis omnibus adjungitis compareto ad omnes practice, et moraliter sufficiant.

8. Deus potest a nobis quaecumque virtutum opera postulare, quin ullum praemium conferre tenetur; est item se solo dignissimum, ut ipsi summus honor et cultus sine omni remuneracione spe exhibeat: igitur justitia infinita non postulat, ut Deus virtuem remuneretur.

I^r. Tametsi spectato solo supremo Dei in homines dominio id fieri possit, non tamen, ut ita fiat, cum aliis perfectionibus congruit. Nimirum licet Deus ut auctor supremus, Dominus undeque independens a nobis tamquam magnus omni servitum gratia exigeere possit, tenetur tamen, postulante id naturali perfectione, konitorat suam sapienter administrare, ac proinde manifesta erga probos favoris, erga improbos displicentiae signa edere, quod praemisis et poenis obtinetur; aiqui bonitas sapienter administrata ipsa est Dei justitia: igitur haec omnino postulat, ut Deus virtutem remuneretur, vitium contra puniat. Id ipsum vero honitati, et providentiae, quam maxime consentaneum esse dixi (§§. 253, 255.). Deinde sola legislatoris dignitas potest fortasse aliquid perfectione Dei cognitione instructos validissime ad virtutem incitare: medium autem compareat ad omnes, et spectata naturae humanae infirmitate practice, et moraliter sufficiens esse non potest; quemadmodum in omni humana republica usitentur.

Atque his, qui adhuc tan copiose disputata sunt, sera mente expensis, nullam prouersus rationem verisimilem superesse minutis philosophis de perpetua animae duratione dubitandi ego omnino arbitror; demus autem etiam omnia argumenta allata a absolutam certitudinem non efficer, efficient sane procul dubio certitudine, aut probabilitatem, quae in rebus humanis obtineri potest, maximam; quid igitur hoc monstrari est, ut ille, qui in ceteris majoris momenti negotiis ac certitudine contenti sunt, in negotio omnium gravissimo, cum de aeterna animas salute agitur, esse nolint? sane vel probabilis perpetuae poenae timor ipsorum quae cautissimos effere debet. Anno semperit anima nostra vita res est tanto contemptu digna, ut nisi summa adsit evidenter, assensum non mereatur? anno haec opinio adeo noxia? Dicite quaequo quid vobis error iste, si reapse esset, in morte obierit? at nomine detrimentum erit aeternum, si vestra illa opinatio, ut vere est, falsa sit! Sed nescio quo facta eveniat, ut multi dentur, qui, quemadmodum Tullius scribit (Q. rusa, l. 1, c. 21.) Praedictum nescio quid adeptis sunt qui dicunt, ut se, cum tempore mortis venisset, totos esse perituros. Quod ut sit, nihil enim pugno, quid habet ista res aut laetabile, aut gloriolum? Nec tamen mihi sane quidquam occurrit, cur non Pythagoras sit et Platonis vera sententia. Ut enim rationem Plato nullam adferret, vide, quid homini tribuum: ipsa auctoritate me frangeret. Tot autem rationes attulit, ut velle ceteri, sibi certe persuassse videantur. Ego si existimo: rationem, cur plebii isti philosophi argumentorum vim non perspiciant, nec in horum infirmitate nec in ipsorum intelligentia imbecillitate, sed in voluntatis depravatione unice sitam esse; quare non tam ratioscimus urgendi, quam vehementer rogandi videatur ut ad se redeant, vitiisque voluntatem, edofitis distortis affectionibus, corrigit: quod si fiat disputando oleum, et operamque perdes, ac noctum illud sit identiter reponi audies: non persuadebis, etiam persuasaris (conf. §. 231. sch. 2. n. 2. log.).

Schol. Non possum hoc loco percelebre in philosophia questio- nem penitus silentio praesterere: utrum spiritus finitus unquam sit, aut esse possit absque omni corpore? soli Deo convenire, ut omnis corporis expers sit, contendebat olim Origenes (τοιχ. ἀγρ. l. 2. c. 2.) nec dubium est eam opinionem a multis deinceps propugnatam fuisse ad sacrum usque quintam, quo idem Faustus Rhegiensis docuit in epistola sexagesima decima ab Henrico Canisio (*Antiq. lect. t. 1. n. 363. ed. nov.*) in lucem data. Cudworthus (*Syst. intell. c. 5. s. 3. §. 23. 24.*) laudatis primum pro hac sententia multi patribus, quo ego quidem nimirum philosophias Platonicas studio abruptos fuisse opinor, se vehementer eam propondere ostendit: Trichorus vero ex proprio defendit, edita singulari dissertatione, quam Ochematologiam inscripit quaeque bibliothecas Bremensi philologico theologicas (*P. i. P. 1. p. 114.*) inserta est. Sed praecipue hic Leibnitius (*Essay de Theod.* p. 1. §. 90. p. 2. §. 125) memorandum est, qui ut anima humanam statim procreatione cum corpusculo organico conjunctum (§. 263. sch. 2.) ita numquam eam ab omni corpore vacuam esse voluit. Ratio ipsi erat duplex: primum: verisimile non esse in ordine naturae spiritus ab omni corporis consortione separatos existere; deinde: unionem animae cum corpore, quae naturaliter non incepit, nec naturae viribus destrui posse. Inde illius opinione mors animalium aliud non est, quam *per se* possit, seu grandis quadam immutatio: ut nempe anima evoluta per generationem corpusculo seminali, primam mutationem subit, atque ad statum clararum, et distinctiarum perceptionum transit: ita altera in morte fit mutatio, tunique anima relieto hoc crassiori corpore aliud quodam tenissimum vel acquirebit, vel ex hoc quodam modo edicit; putant enim nonnulli animam constanter, ac immediate cum corpusculo quoddam subtilissimo, et in perpetuum duraturo unitam esse, istud vero primum in corpusculo seminali: tun in hoc crassiori corpore immersum delitescere, donec tandem post mortem solum remaneat. Hanc porro sententiam, veteri illi de animi vehicle simillimam, Wolfus, aliquis Leibnitianus avide arriperunt; Canzius (*Jurispr. cte. Dei* §. 324.) certum esse inscrite pronuncavit, nullum spiritum hincum cogitare posse; nisi cum corpore, seu ut ille ait, cum schematica perceptio- rum conjunctus sit; moderationem se praechuit Dariesius (*Psych. rat. s. i. c. 2. §. 40. 41.*) quippe probabilitate contentus. Quae Boehmio (*Psych. rat. s. 3. c. 1. §. 658. sch.*) sententia stetit, ex his illius verbis disci potest: *Quoniam solet, num ejusmodi spiritus finitus anima nostra perfectiores omnes corporibus uniri, an vero aliquis destituti sint.* Videtur quaestio affirmanda. *Isti enim spiritus tamquam hujus mundi incolae cum reliquis entibus eum constitutis conexi sint.* Ad nostras autem animas attenti deprehendimus spiritus cum aliis entibus con- necti per sua corpora, quorum nempe beneficio et sentient res

alias, et motus desiderantes producent. Quodsi vero inter multas illas spiritum perfectiorum classes tales, etiam deprehenduntur, qui v. g. integrum aliquem universi statum, vel integrum quoque tantum globi aliquius planetarii statum simul clare intuentur: quantum si eorum intuitus supponeret impressiones in organa factas, corpus ejusmodi spiritus totum mundum, vel totum globum planetarium penetraret, quod absurum est asserere; spiritus iam sublimis corporibus carere videtur.

QUID HAC DE MR MOSCHEMIO?

Aitque hi quidem affirmant partes sustinent; negantum ab omni avo multo major fuit numerus; horum rationes in summam colligit Cl. Moschelius, ex quo nonnulla proferam (*In Cudw. c. 5. s. 3. §. 24. not. 2.*) Me quidem, inquit, primum ab hoc dogmate recipiendo id revocat, quod ab initio parum honorificis esse profectum video. *Vetus* istum est illud, quod ante ostendimus, sed *pueblo* potius, quam *philosophicum*. Non illud virtus sapientis ratione ac ingenio deduce excogitarunt; sed philosophi a poetis, et plebe acceptum in scholas suas recentiori aetate transulerunt, et exornarunt, ne nimis a ratione alienum videarentur. Poetas autem hodie magna confingendum permotissime putat partim communis rumore, qui defunctorum animas ad sepulchra in forma ethabitu humano sapiens comparuisse cerebat, partim ignorantia naturae simplicis, et ab omni corpore segregatae. Tum ita prosequitur vir doctissimus: *Videntur mihi deinde, qui animam immortalis cuidam corpori aliigant, vel ementer res eorum juvare, vel animam naturam esse per se subsistente negant, vel totam eam corpoream esse pronunciant. Natura enim, quam nunquam sine corpore est, nec esse sine corpore potest, quid quaeo est, quam res parum perfecta, nec per se constans, pars, aut si mavis, facultatis corporis, quod animal siccine vero corpus perfectius est, quam anima; nam cum haec corporis omnis expers — esse nequeat, corpus et contrario perfectum, et suis numeris absolutum esse potest, tametsi anima plane caret.* Sed agent existere quidem posse animam absque corpore, at non percipere. *At quis hos viros doctissimos docuit animam nec sentire, nec percipere posse, nisi corporis adjunctum habeat? quasi vero nulla possit alia esse sentiendi via praeter eam qua nunc utimur? equidem Deum, cuius infinita est potentia, firmiter credo animam et doloribus, et voluntatis afflictione posse, corpus licet illi nullum sit additum: idem ego cur oredam nihil causas video, res extra se constituta haud percipere posse, nisi oculis, auribus, aliquis membris praedita sit. Tantane nobis data est animorum cognitio extra corpus viventium, ut de rebus ejusmodi secure aliquid decernere, et aliis credendi leges rogare queamus?* Denique concludit: *Postremo ex hoc dogmate consecutaria duci perspicio ad san-*

ctiam illam, quam sacri libri nobis tradiderant, de mortuorum corporum resurrectione doctrinam quodam modo labefactandam. Etenim si corpore instructi sunt animi naturali, et hinc discedentes corpus suum coeleste ex mortali hoc corpore afferunt, non necesse videtur esse, ut ad ipsum, quod hic gesserint corpus, purgatum, et novis qualitatibus donatum in extremo hujus mundi die recipienti. Utraque nimis mentes tam beatorum, quam improborum voluptates, et dolores, hoc licet corpore concreto careant, alterius illius corporis intervenient percipere possunt. Deinceps singulatim Cadworthi rationes refelli, quas cum aliquo nullus sint ponderis, per se concidunt.

QUID LOERSIUS DE ANGELIOEM CORPORA?

Joannes Christianus Loersius (*Dissert. de angel. corp.*) contendit angelos non secus, ac animas humanas, cum suis corporibus consociatos esse: triplicis generis argumentis *eam* in rem utitur, quemprimum ab auctoritate veterum, tum ex philosophia, denique ex S. Litteris desunxit. Primit, et ultimis brevitatis causa missis, de philosophios quaedam attingam.

1.) Ex essentiali inter animum, et corpus discrimine colligit (§. 7.), nullum per se inter corpus, et mente perdari posse commercium: nullum corpus movere posse per mentem finitam vi propria: nullam mentem, cum nullam superficiem habeat, offici posse a corpore. Tum multis de fine mundi dissirity mentesque praecipue conditas esse docet, ut ex rerum corporearum contemplatione, summam Dei potentiam, ac maiestatem agnoscant, ac glorificant. Inde vero concludit, cum spiritus per se nullum cum corpore commercium habere, nihil sentire, nihil percipere possit, fore, ut angelii, si corpore carerent, mundum corporeum nec intueantur, nec divinas in eo perfections agnoscant. At quis illi sine probacione asserent, spiritum corpore vacuum res corporales percipere non posse (*Ibid. Brem. phil. theol. c. 6. p. 34. 12.*)? Deinde, quod praecipue Stephanus Vius in suo contra Loersius schediasmata urget, secum ipso pugnat, si enim nullum esse possit spiritum inter et corpus commercium, quomodo spiritus cum corpore conjugetur? quonodo item opere sui corporis res alias corporeas percipere poterit? certe alterutrum sit, necesse est; vel datu mutua realis actio inter spiritum; et corpus: vel Deus per se eas percepciones in spiritu efficit: si illud, adest commercium spiritus cum aliquo corpore? quod Loersius negat; si hoc: cur non Deus id aequum praestare possit absque omni corpore.

2.) Angelos ait a Deo destinatos esse adiuvia: omnia inter homines obedienda (§. 22.), quae sine corporis interveneri fieri posse haud videntur; saepem enim necesse est, ut diversa corpora moveantur, quod spiritus ab omni corporis concretione separatus efficeret minime potest. At rursus, si spiritus per se nequeat movere corpus, quomodo id poterit praestare interveneri alterius? nonne necesse

erit, ut per te suum, quocum conjugitur, corpus ad motum concitat? Item si necessarium sit corporis ad munera obediens, quid vegetat dicere, tum angelum sibi corpus assumere, vel a Deo illo donari; cum ad id genus negotium conscientem mittitur.

3.) Infelices putat fore angelos omni corpore constitutos (§. 13.), ut qui caeci, surdi, muti futuri sint, cum absoque corpore nemo videare, audire, loqui possit. Sed responit Virtus caecos, surdos, mutos dei non posse, nisi quibus videre, loqui, audire naturale est, quod in angelis non evenit, tam angelos potius ad divinam cognitionis perfectionem proprius accedunt, quo minus ad percipiendas res externas ope sensuum agent.

Haec igitur cum ita sint, nulla omnino adest ratio, quae verisimiliter persuadeat recedendum esse a communis, maximeque vulgata opinione: esse nimur mortem veram animas ab hoc spectabiliter corpore separationem, neque transiit ad aliud subtillius; ipsas proinde a morte vitam sibi vivere separatum ab omni corpore, donec sua rursum, quod Revelatio docet, circumdebet. Ita Socrates apud Platonem (*In Phedone*): *Nemquid aliud (mors), quam animae a corpore separatio? nemquid mortuum esse est solutum ab anima corpus per se seorsum esse; seorsum quoque a corpore animam solutam ipsum? nemquid aliud aliquid est mors, quam istud? non, sed hoc ipsum, inquit: Similias. Quod si vero animae a morte omni corpore solutae sunt, multo magis idem de angelis, quos communis consensione spiritus prius vocamus, sentiendum erit.*

APPENDIX

DE BESTIARUM ANIMIS.

QUOD ARGUMENTUM?

CCLXIV. Dixa de anima humana pro scopo, non pra argumento, gravitate satis. Nunc pauca de bestiarum animis; quod res haec multum tum jacundatis, tum connexionis, cum praecedentibus habet. Duo autem potissimum queri possunt: primum utrum quepiam in bestia anima existat; deinde cuius ea naturae sit. En brevem hujus pertractionis summa.

CAPUT I.

De Existentiis Animae Belluinae.

BESTIAE HABENT ORGANIS UT HOMINES -- POSSUNT ACTIONES, QUAS NOS CUSPECTIONE FONIMUS -- POSSUNT FACULTATE SENTIENDI -- ITEM IMAGINANDI, ET MEMORIA -- NEC NON ADPETITUO -- ET MOTIBUS STRICTE SPONTANEO -- QUARE IN IPSIS ANIMA INST.

CCLXV. Bestiae perfectiores organa sensoria nostra simillima habent. Veritatem experientia docet; canes enim, vituli, equi,

De Existentiis Animae Belluinae.

241

nervi habent quinque organa eo prorsus modo constructa, quo nostra sunt; nervi quoque a singulis organis ad cerebrum porrigitur, atque illi sectis omnis in illa parte sensus, ut in nobis desinit; cerebrum denique ejusdem est cum nostro conformatioonis, quantumculo etiam armato detegi potest.

Schol. Bestias perfectiores cum Welfo voco illas, quae quinque organis sensoriis instractae sunt; imperfectiores, quae paucioribus ad illas quadrupedes pertinent, quibus proxime aves, et pisces iudicio laudati philosophi adnumerari possunt; harum pro gradibus imperfectionis diversas omnino sunt species, ut ostreæ, coclae, muschæ, formicæ, polypi, aliaque insecta.

CCLXVI. Bestiae ponunt actiones simillimas illis, quae in nobis cum perceptione conjunctae sunt. Praedem iterum habebas experientiam; bestiae certe ita agunt, ut videantur se ipsas ad objectis externis, et objecta ab se in vicem discernere. Adverte ad canem domesticum, numquid herum in iugenti etiam hominum turba a quovis alio discernit? ad venaticum, numquid feram ab arbore, leporum a perdice discriminat, cum alio signo hujus, alio illius praesentiam indicat? nonne universum omnes utilia sibi a noxiis optime internescunt? jam vero discretio haec conscientiam; conscientia veram perceptionem arguit: in aperto igitur est, ponit a bestiis actiones similares illis, quas nos cum perceptione exercemus.

CCLXVII. Bestiae possunt facultate sentiendi. Imprimis enim organorum analogia (§. 265.) dubitare non permittit quin objecta externa eodem modo in ipsum organa agant; quin motus ab organis usque ad cerebrum nervorum opere propagantur; quin in cerebro ideæ materiales excitentur, prout haec omnia in nobis efficiuntur. At vero in nobis singulis ideis materialibus respondent ideæ sensuales in anima, atque inde nobis facultas sentiendi competit: igitur et idem in bestiis fieri censendum est. Certe sicut ex similibus effecti finis eadem causa efficiens: ita ex similibus medis eadem causa finalis recte colligitur. Deinde istud quoque firmissime persuadet altera actionum analogia (§. 265.); tametsi enim corporibus, organisque nostris mechanismum illud artificium minime desit, quod in bestiarum corpore deprehenditur, actiones tamen haec a nobis sine perceptione ponit non possunt: igitur etiam idem de bestiis putandum est, licet fortasse, rem abstracte considerando, haec ipsum actiones ex solo mecanismo et provenire, et explicari possent.

Schol. 1. Simili rationis conclusio ostenditur bestiis quoque phantasiam, et memoriam competere, et quidem quoad primum: videamus utique eas secundum leges imaginacionis (§. 27.) operari; ita canis, qui alias verbera persens, vix elevato ab herbo haculo cum ejulatu fugit; pisces semel hamo laetus omnibus unca cibis aera subesse putat. Quid de somnis, quae a phantasia efficiuntur dicam certe in canibus, equis, aliisque bestiis dormientibus manifesta somni signa persaepe deprehendimus. Memoriam denique quis ipsis denegare audeat? Nonne solerti hominum institutione plurima con-